

Hoc vide
sciam ordinatio
nem congre
gationis scie
tus.

Exemplum de
frangendo ie
junio pp bo
spites.

tium exemplo beati Augustini. De quo dicitur quod in vita sua hospitalitate semper exhibuit: in ipsa mensa lectione aut disputatione diligens: unde nulla mala verba sustinebat: nullas detractiones. Unde in mensa habebat versus scriptos. Quisque amat dictis absentia rodere vitas. Hanc mensam indigua nouerit esse sibi. Et post bec omnis eis exhibeat humanitas. Et hoc quo ad cibum potum lectum et ceteras qualitates rerum administrandarum hospitibus intelligendum est: per hoc autem quod dicit omnis eis exhibeat humanitas videatur etiam cibus carnium comprehendendi: qui si negaretur omnibus indifferentur non omnia humanitas eis censeretur exhiberi. Unde videtur quod cibus carnium administrandus sit hospitibus et maxime principibus: religiosis vero quibus ex sue professionis institutis non licet carnes comedere non est administrandus. Quarto hospites sunt hilariter tractandi. scđe corinth xix. Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē enim datore diligit deus: prime Petri quarto. Hospitalis inuicem sine murmuratione: cuius gratia subdit mandatum sanctus pater (Ieiunium a priori frangat propter hospites) scilicet ampliori humanitate et viteriori iocunditate charitatis consolando et tractando. Solendum quod est ieiuniū propter hospites: si cut hic innuit sc̄us pater benedictus. Unde in dialogo bni Gregorij habet quod abbas cassianus venit ad quandam senem qui dedit ei manducare cū sociis suis usque ad satietatem et hortabatur euos ut plus comedenter qui cum diceret se esse satiatum inquit. Ego cū diuersis fratribus hodie superuenientibus septies manducavi et adhuc esurio: tu vero semel manducās es satiatus. Et dixit ieiuniū frangendū esse propter hospites: quia in hospite suscipit christus. Et non possunt filii sponsi lugere quādiū spōsus est cum ipsis (Nisi forte precipius fit dies ieiuniū qui violari non possit) sicut ieiuniū quadragesime: quatuor temporum et vigiliarū: sanctorum que romana ecclesia ieiunanda instituit de quibus supra habitu est. Sed subiungit duplex dubium. Utrum pro qualibet hospite ieiuniū frang-

gendum sit? Ad quod respondent quidam quod nō: sed pro reuerendis personis: sed iudicio nostro cum maxime in pauperibus suscipiatur christus ut infra dicit sanctus pater etiā pro pauperibus personis fragē dum est ieiunium ubi abbatis discretio visum sit hoc cedere ad consolationem et recreationem hospitis et in hoc non videtur esse fienda personarū discretio. Secundū est an si carnes hospitibus ministrent debeat prior comedere carnes cum eis? Respondeatur quod non. Aliud enim est frāgere ieiuniū quod regula concedit humanitatis gratia: utputa quod prior comedat cum hospite parum de pane aut ouum aut fructus: et aliud est esum carnium comedere. Hoc enim profecto videretur plus cedere in quādam carnalitatem quam humilitate quod regula maxime prohibet. Et quia posset quis dubitare an solus prior vel etiā alii fratres deberent propter hospites ieiuniū frangere subdit (Fratres autem consuetudinem ieiuniorum prosequantur) id est custodian et obseruent. Ac si diceret: Licet prior ieiuniū frangat gratia humanitatis propter hospitem: quentus tamen non debet ieiunium violare: sed religionis consuetudines et instituta inuiolata custodiare. Quinto hospitibus sunt manus perdesque humiliter abluendi. Unde abraham tribus viris quos hospicio recepit ait: gesi. xvij. Afferat pusilli aqua et lauenet pedes vestri. De hoc humilitatis officio subdit sanctus pater Benedictus dicens (Aquā manibus abbas hospitibus det) Et hoc ideo quia gratior proculdubio reddit hospitalitatis exhibitio deo. si magister dominus in propria persona hospitibus servient. Sicut Hierony. de abraam loquens ait: Non seruis precepit vi hospitibus ministrarent nec bonū quod inceperat per alium minuit sed quasi preda reperta cū Sarra uxore sua humanitati solus incubuit: ipse pedes lauit: ipse in humeris suis vitulum de armento portauit: vt seruis stetit peregrinis prandentibus et manibus coctos cibos ieiunaturus apposuit (Pedes hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lauet quibus locis hunc versum dicant: Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi r. iij

utrumque q̄libet hospite sit soluendum ieiunium.

Si debeat co
medi carnes
hospitibus ḡfa.

Exemplum.